

0
/ 6
/ 6
/ .
2
/



Regiomonti

1610. Huberius, Sebastianus: De cura et reliquis jure

subelae et curae.

1631. Verschovius, Christophorus: De rebus gestis Romanorum.

1635

1. Linemannus, Albertus: De cometarum aetheriorum natura

2. Peubandt, Casparus: Decus quaestionum selectarum

juris.

1638. Decades duae controversiarum juris

1. Ohm, Christianus:

Illustrum.

2. Ohm, Christianus: De materia testamentorum.

1639.

~~2118~~
1. Laga, Daniel: Theoremata uranographica

partes I, II, III, (IV) (1640)

1640.

Beckherus, Daniel: De interiorum verumtus.

1642.

1. Hundius, Johannes: Quoddecim quaestionum miscellanearum.
2. Linemannus, Albertus: De visionis natura physicae
et opticae ratiocinatus explicata.
3. Linemannus, Albertus: De mathematicarum disciplinarum
natura.

1643.

1. Veritius, Casparus: Nonnulla de luna $\xi\eta\gamma\mu\alpha\tau\alpha$.
2. Linemannus, Albertus: Portiones opticae.

1644.

1. Beckherus, Daniel: De casu positionum medicarum probandi-
tiam, podagram diabetae beneficiis et praeservari et curari
posse.
2. Kopper, Ludovicus: De incubo.
3. Moellerus, Fidorius: De cholericis passione.
4. Moellerus, Fidorius: De phthisi.

1644

5. Schmitzerus, Althovius: De parisi et colica.

1645.

Picklerus, Sigismundus: De bello ejusque jure

1646

1. Behnius, Johannes: De aeterna Dei praedestinatione
et ordinata omnes salvandi voluntate

2. Linemannus, Albertus: Propositiones miscellaneae
ex universa philosophia.

1647.

Linemannus, Albertus: Veritas facti astrologici.

1648.

Garpinus, Petrus: Quaestiones novae miscellaneae

1649.


Linemannus, Albertus: De visionis modo

1650.

Linemannus, Albertus: De luna.

1666.

1-9. Walderns, Thentrus: De verborum et rerum
significatione. Disp. I - IX.



14181 DISPUTATIO 1610
DE CVRA ET RE-
LIQVO IVRE TVTELÆ
ET CVRÆ

DESVMPTA

Exit. 23. 24. 25. & 26. Instit. cum concordan-
tibus ff. C. & recessuum Imperij

QVAM

DEO communi omnium curatore auxiliante
Permissu & autoritate Idiorum in Illustri & floren-
tissima Electorali Academia Regiomontana

PRÆSIDE

EBERHARDO HUBERINO
VERDENS. SAX.

pro virili propugnabit

GALLVS WERBIGIVS
THEBAN. SAX.

Ad diem 23. Iunij, hora locq; solitis



REGIOMONTI BORVSS:

Excusa typis viduae Georgij Osterbergeri,
Anne MDCX.



Amplissimo, eruditione, virtute ac prudentia
excellentissimo Viro Dom. Michaeli Wilhelmi I. V. D.
ac inclytæ Reipubl. Veteroppidanæ Regiom. Præ
consuli dignissimo.

ET

Speclatissimis, ac Consultissimis viris

Dom. Sigismundo Scharfio Scabino Reipubl. Cneip-
hovianæ Reg. prudentissimo.

Dom. Michaeli Bohemio Iur. & LL. peritissimo, ordi-
nario trium Civitatum Regiomont. Advocato Solertissimo,
Sympatriotæ imprimis caro.

NEC NON

Integerrimo & literato Viro Iuveni D. Petro Rent-
zelio Patritio Hamburgensi, ac mercatori optimo.

Patronis amicis ac fautoribus præci-
puè observandis
submissè

Cum summa grati animi ac debitæ
observantiæ dedicatione

offert ac consecrat

Gallus Werbigius
Respond.

POSITIO. I.



Tutela affinis a) est cura, b) Ea igitur hic rectè tractatur. Definitur autem quod sit potestas, c) curandi puberis d) qui sua negotia tueri nequit: e) Eam qui gerunt curatores appellantur, & hodiè tantum dactivi. f)

a) tam enim tutor quam curator propter ætatis & consilij infirmitatem eorum, quibus datur, constituitur l. 1. de tut. l. 1. de minor. Vterq; ab iisdem magistratibus datur § 1. l. h. t. Vbi diss. Hortens. Vterq; satisdat rem pupilli vel adulti saluam fore pr. l. de satisdat. tut. Vtriusq; publicum munus est pr. l. de Excus. tut. Vterq; certis de causis excusatur d. pr. l. de Excusat. tut. Holtom. d. § 1. l. h. t. Vbi etiam 14. recenset inter hos differentias. b) quæ dicitur à curando, ut tutela à tuendo l. 3. de tut. l. ult. § 1. de muner. & honor. l. 1. l. 4. l. 13. de curat. furios. VVes. d. § 1. l. h. t. Rectè igitur ut in alijs, sic etiam in hoc casu argumentum ab etymologia negatiuè procedit ita ut tutores vel curatores, quales ius desiderat, non sint, qui pupillum vel minorem negligunt d. l. ult. § 1. Diss. Myns. ad § 1. l. de tut. Licet à tempore, quo suspecti postulati sunt, ipsis d. m. administratio adempta censeatur vid. infr. th. 11. in Verb. his suspecti crimine etc. c) Vult. & Schneid. d. pr. l. h. t. d) aliquando etiam impuberis, eius tamen status, ut civis Romanus, & sui iuris esse possit in tutela, pr. l. de tut. l. 20. § 7. qui testam. fac. Est & hæc inter tutelam & curam præter alias differentia insignis, quod in hac puberes, interdum etiam impuberes esse possint: in illa non nisi impuberes. Myns. d. pr. l. h. t. VVegn. disp. 3. l. th. 6. lit. c. Cuiac. 17. obs. 7. e) Vel quia nondum est eius ætatis, ut satis prudenter ea administrare possit, quales plerumq; sunt minores annis 25, vel quoniam licet ætatis illius sit, ut administrare possit, aliud tamen est impedimentum, quò minus id facere possit, ut furor, prodigalitas, aut morbus perpetuus, ut in muto & surdo, & in ijs, qui laborant morbis fonticis. l. 60. de re iudicat. Hinc non rectè dicitur, est pubes, minor, sui iuris. Ergo est in cura,

A 2

quis

quia sepe fit, ut talis in cura non sit l. 3. C. de in integr. restit. minor. At recte dicitur est impubes. Ergo est in tutela, & contra. Vult. d. loc. n. 8. & seqq: (f) olim quidem erant etiam legitimi, sicuti agnati, quibus curam in furiosos & prodigos l. 12. tab. deferebat. § 3. I. h. t. Verum illa exolevit VVesenb. Borch. Myns. Vult. d. pr. cum hodie nulli ex lege existunt curatores, sed omnes permittuntur dari a magistratu vide l. 6. de curat. furios. & th. seq. lit. c. Sic quia legitima nulla est, nec dativa remanet. Sublata enim specie una, et altera species perit, quia species dicuntur respectu generis, genus autem est totum aliquod suis partibus, non una, sed minimum duabus, que cum desinunt, nec genus superesse potest Vult. d. pr. n. 13. ubi nu. 6. & in § 1. I. h. t. Diss. Schneid. & Donell. 3. Comment. 19.

II.

Curatores dantur a) adolescentibus sive minoribus 25 annis b) volentibus c) furiosis vero d) prodigis e) mente captis, f) surdis, mutis, ac perpetuo morbo laborantibus g) etiam ultra eam aetatem. h)

a) ab iisdem magistratibus a quibus & tutores vid. disp. preced. th. 6. lit. b. non vero a testatore efficaciter § 1. I. h. t. nisi furioso filio l. fin. § 5. C. de curat. furios. l. 77. C. de Episcopal. audient. quibus non obstat l. pen. de curat. fur. in qua confirmatio requiritur vid. th. seq. li. a. cum principaliter detur personae ad exemplum pupilli Schneid. d. § 1. n. 8. quod in alijs non obtinet, qui principaliter rebus non personae dantur l. 8. C. de nupt. Sicuti igitur de rebus filij pater in testamento directe post pubertatem disponere non potest, ita nec de cura l. 2. in pr. de vulg. & pupil. substit. Designare tamen in eo curatorem potest, ut sine inquisitione decreto magistratus confirmetur d. § 1. I. h. t. l. 6. C. de negotijs gest. l. 7. C. de test. tut. l. 2. C. de confir. tut. Sic quod parentibus deest, suppletur a magistratib. propter amorem, qui summus in patre praesumitur, ut similem non admittat l. fin. in pr. C. de curat. furios. b) tam masculis quam feminis, his 12, illis 14. annis maioribus: Ex quo intelligitur biennio mulieres in cura esse diutius quam mares, non iniuria, ne citius perdant beneficium restitutionis in integrum, quam masculi, Schneid.

Schneid. d. § 1. I. h. tit. n. 12. Tempus autem hoc à momento in
momentum computari solet l. 3. § 3. de minorib. Interdum etiam
impuberibus curatores à magistratu dantur, sed solummodo exceptis
casibus. 1. Si tutor testamentarius vel legitimus non sit idoneus, nec
tamen fraudulenter negotia administret. 2. Si morbo aut alia neces-
sitate impediatur. 3. Si ad tempus excusetur § 5. I. h. t. Verum hoc
quatenus procedat vid. d. disp. præced. th. 3. lit. f. Potest etiam
tutor certis ex causis Actorem suo periculo diligere d. § 5. I. h.
ubi vid. Hottom. c) nisi litem habentibus l. 1. C. qui petant tut.
sive conveniant, sive conveniantur Hottom. d. § 1. I. h. t. ex l. 2. C.
qui legit person. stand. in iudic. & l. 11. C. qui dar. tut. tunc enim
inviti recipiant curatores, cum litis sue administratio ijs rerum omni-
um difficillima, maximeq; ardua iudicatur. Hoc apparet cum anno
ætatis 18. eis causas aliorum agere liceat l. 1. § 3. ff. de postuland. Iure
autem & iudicio eis agere ante vigesimum quintum annum non lice-
bat. Verum differt hic curator à procuratore, quod hic à Domino
litis constituitur, ille à Magistratu Hottom. d. loc. Extra hunc ca-
sum curator invitis adolescentibus non datur d. § 1. I. h. t. l. 43.
§ 3. de procuratorib. sed petentibus. Si enim maluerint habere
curatorem, eumq; à magistratu petant, illi petitioni magis obsequi
magistratus debet, nec illis necessitatem res suas administrandi im-
ponere, etiam res suas bene gerentibus. Sæpè enim sibi diffidere possunt
minores, unde meritò curatorem volentes petunt, qui invitis non
datur, & sine ullo existimationis periculo, cum quod l. 12. tabel.
de furiosis & prodigis solum, inde moribus de dementibus & lascivis,
postea l. Letoria sancitum erat, hoc non solum in ijs, sed generaliter
in omnibus adolescentibus procedat ex constitut. D. Marci l. 5. § 5.
l. 33. § 1. de administ. tut. ut scilicet honestè curatores recipiant,
quomodo intelligenda l. 1. § 1. de minorib. quod apertum fit ex colla-
tione l. 6. C. qui pet. tut. Hottom. d. § 1. I. h. t. Gyph. disp. 6. I. th.
18. Aliter VVesenb. in d. § 1. qui d. l. 1. de alienatione bonorum
& metu prodigalitatís accipiendam putat, aliter Arumæ: disp. ff.
6. th. 18. existimans d. § 1. I. procedere de individo hunc vel illum
dari non posse invito, adolescentem interim, ut alium accipiat, cogi
posse. Alij aliter d. § 1. I. intelligunt de minore curatorem iam

habente, quasi ei invito dari curator nequeat, quæ expositio coacta
est, & contra l. 20. § 1. de tut. & curat. dat. Cuiac. 17. obs. 7.
Trentl. vol. 2. disp. 8. th. 8. lit. 4. Hodiè etiam invitis adolescen-
tibus curatorem dari satis ostendit constitutio Politis Carol. V. tit.
II. § 1. & 2. an verò minor curatorem iam habens sine ipsius con-
sensu obligetur, non incommode hoc loco queritur? negat id Duar.
Don. ad l. 101. de V. O. & ibidem post eos per plurimas rationes
Goedd. & in tr. de contr. stipulat. c. 7. conclus. 14. per tot.
Sed rectius idem affirmat Cuiac. 19. obs. 33. & 21. obs. 23. per text.
expressum in d. l. 101. de V. O. Quia obligari potest paterfamilias
sua potestatis, pubes, compos mentis l. 42. de O. & A. etiam cura-
torem habens, cum eius officium in administratione negotiorum
consistat l. 20. de ritu nup. extra quam est obligatio, quoniam iuris
vinculum est, quo persona obligatur. l. 3. de O. & A. Ac licet
aliquis antevertat, non sine rerum interventu. Sciendum præter
quam quod multa promitti possunt, quæ personam minoris, vel eius
industriam concernunt, ad quæ quo minus se obstringat, nulla refragatur
iuris ratio Arumæ. Exerc. 3. l. th. 17. etiam ex alijs causis, quæ
solemnitatem iuris desiderant, ut si masculus minor 25 annis dotem
dicat, vel si creditori stipulanti promittat, vel si adeat hereditatem,
vel si quid mancipet, vel si acceptum ferat, obligatur per se nullo
autore adhibito, quia ad solemnia iuris tutores adhibentur, quos pu-
bes masculus non habet, curatores verò, quos habet, ad ea inutiles
sunt Cuiac. d. lib. 19. obs. 33. ex l. 19. de aut. tut. & l. 17. § 1. de
appellat. neq; hoc casu obligatio minoris est sine effectu. Licet enim
hic ad tempus impediatur, quin tamen aliquando futurus sit, nemo
dubitatur. Quilibet rerum suarum est moderator & arbiter l. 21 C.
mandat. Interim verò multe in iure nostro personæ reperiuntur res
suas alienare prohibita. An idcirco impedito ex prohibitione legis
dominij effectu, effectus vel causa saltem effectus, videlicet dominium
nullus vel nulla fuerit? Hocn. disp. 3. l. th. 11. Si verò minor cura-
torem habens lesus fuerit in integrum potest restitui l. 3. C. de in-
integ. restit. minor. etiam maior factus intra annum utilem, hodiè
intra quadriennium l. fin. C. de temp. in integ. restit. nisi iam
maior 25. annis ratum habuerit factum tot. tit. C. si maior fact.
VVesenb.

Vves. in parat de minorib. n. 3. Et in explicatione istius tituli
Dom. Præceptor Levinus Buchius Profess. Regiomont. Quæ sanè
restitutio obligationem præsupponit, quod enim ipso iure nullum est,
restitutionis non eget l. 5. de iniust. rupt. irrit. l. 43. § ult. de
edilit. edict. l. 3. § ult. de capit. minut. Nec his obstat. Don.
argumentum ad d. l. 101. de V. O. ex d. l. 3. C. de in integr. resti-
tut. minor. Cum in eo committatur fallacia à dicto secundum quid,
ad dictum simpliciter. Comparatur enim minor prodigo ratione
alienationis, de qua d. l. 3. accipiendâ Cuiac. d. lib. 19. obs. 33. non
verò obligationis Arumæ: d. loc. Gyph. disp. 6. 1. in Coroll. tuentur
hanc sententiam præter hos Vvesenb. ad Rubric. 1. de aut. tut.
Fach. 3. controvers. 9. Borch. de iureiurando c. 3. n. 29. Vult. lib.
1. discept. c. 16. Bronch. cent. 1. assert. 33. d) evidenti furoris
rabie siue perpetuò, siue ex intervallo laborantibus Myns. ad d. § 3.
I. h. t. quod cum unusquisq. sanæ mentis esse creditur, nisi probe-
tur contrarium, asserenti aliquem furiosum, probandi onus incumbit,
atq; ita in Camera observatum tradit Mynsig. d. § 3. I. h. nu. 10.
Furor autem varijs argumentis probatur, ut si quis aliena, & deri-
denda loquatur, si per vicos more insanorum bacchetur l. 4. de adis-
lit. edict. Si temerè lapides iaceat, vestes disrumpat, astantes vera-
beret, & similes actus non convenientes homini sanæ mentis exerceat
Alexand. in l. sed cum dotem § si maritus solut. matrim. Schneid.
ad d. § 3. I. nu. 4 & 5. Vbi & alios citat Dd. & tunc si minor
sit 25 annis, datur ei curator non ut furioso, sed ut adolescenti quasi
ætatis esset impedimentum l. 3. §. 1. de tutel. Si verò habeat à ma-
gistratu vel testatore curatorem non legitimum, sed alium furore
interveniente, hic non repellitur & legitimus admittitur Hottom. d.
§. 3. I. h. tit. (e) qui bona sua dilacerando & dissipando profun-
dunt, neq; tempus neq; modum ac finem expensarum inhonestarum
ac indecentium habentes l. 1. de curat. furios. Licet verò prodigo-
rum tutela l. 12. tab. verbis expressis non introducatur Myns. d. § 3.
I. h. t. tamen optima interpretatione et consequentia inde deducitur.
Cum prodigus, nisi et ipsi subveniatur, peiorem furioso faciat exitum,
quia fundum non habet prodigalitas, quam sequuntur rapinæ. Cum nu-
dando egere incipit, alienis bonis manum adferre solet Borch. d. §
3. ex l.

3. ex l. 12. § 2. ff de tut. & curat. dat. Sed utrum prodigo ipse iure an. verò magistratus demum sententia & decreto bonis interdicat ur, in questionem venire solet? Posterius probatur § 2. I. quib. non est permiff. fac. test. ubi testamentum prodigi ante interdictionem universalem factum valet, cui non obstant rationes in contrarium adductæ vide Hoënon. d. diff. 3. th. 14. etiam notoriè prodigi. Si enim non posset alienare, frustra sequeretur sententia interdictionis administrationis bonorum. c. veritatis extra de dol. mal. & l. 10. in pr. de cur. furios. quæ indistinctè loquitur Vigl. d. § 3. I. h. t. Diff. glos. in d. l. 6. & ibid. Br. Bald. Angel. Deinde nemini absq; causæ cognitione rerum suarum administratio auferenda est l. 2. de his qui sunt sui, vel alieni iur. quæ ex inquisitione procedit l. 13. de curat. furiosor. & pertinet non tantum ad personam eius, qui datur, ut queratur an sit idoneus, si enim minus, curatio agnatis, quæ iuris, relinquitur, administratio verò, quæ facti est, alteri delegatur d. l. 13. verum etiam ad eius, cui datur, an verè furiosus sit, Hott. d. § 3. I. h. t. ex l. 6. de curat. furios. & ibid. Vigl. VVes. Myns. Borch. qui idem in tr. de V. O. c. 3. contraria Don. argumenta refutat. Cuiac. in l. 6. de V. O. Gædd. in tr. de contr. stipulat. c. 7. conclus. 10. n. 141. & seqq. Diff. Duar. ad d. l. 6. Donell. lib. 3. comm. 19. Fach. lib. 2. contr. 36. Post interdictionem verò administrationem prodigum ne naturaliter quidem obligari haud incerti iuris est, cum furioso equiparetur d. l. 6. de V. O. qui ne quidem naturaliter obligatur, cum omni sensu destituatur, sine quo nulla naturalis obligatio constituitur l. 1. § 3. de pact. & pro prodigo contrahente fideiussor intervenire non possit d. l. 6. quem tamen naturali quoq; obligationi accedere posse dubio caret § 1. I. de fideiussorib. l. 16. § 3. ff eod. Eleganter Gædd. in d. tr. de contr. stipulat. c. 7. conclus. 19. n. 126. & seqq. Diff. Don. in d. l. 6. de V. O. Quod in tantum verò consentaneum, ut ne ex contractu quidem iuramento corroborato obligari possit, cum omne iuramentum tres habere debeat comites Iustitiam, veritatem, & iudicium c. & si Christus de Iure Iura. Atqui prodigus iudicio destituitur arg. l. 40. de R. I. iustitia, quia contra leges contrahit, & veritate, quam mores ipsius improbi repudiant. Ideo contractus ab eo celebratus cum ipso iure

ipso iure nullus sit l. 1. de curat. furios. & d. l. 6. de V. O. iuramento corroborari non potest l. 14. § 3. C. de nov. numerata pecunia Covar. in e. quamvis in pact. in 6. part. 2. § 3. n. 8. Facch. lib. 2. Contr. 64. Henon d. disp. 3. th. 13. Rober. d. disp. 5. th. 6. ubi ad contraria resp. (f) qui in genere quidem cum furiosis conveniunt, ita ut omnis furiosus sit mente captus, sive demens, sed non omnis mente captus sive demens, furiosus Borch. & Hottom. ad d. § 3. l. h. t. quia ab eo in specie differt, cum non usq; quaq; sed ex parte tantum mentis errore ducatur, nec ullum furorem extrinsecus ostendat, sed sub quadam latente animi quiete est sine mente Schneid. ad d. § 3. ex l. 12. de tut. & cur. dat. l. 25. C. de nupt. l. 2. de inoffic. testam. g) non solum ex natura sed etiam ex accidenti, ita ut rebus suis praeesse hic prospicere non possint d. § 3. l. h. t. l. 12. de curat. furios. d. l. 12. de tut. cur. dat. h) Et tunc causae cognitio, de qua supra requiritur l. 18. l. 77. de minorib. Minorum vero, qui nulla alio quam aetatis vitio laborant curatio ea cognitione non opus habet, quia datur ex causa naturali & perpetua aetatis minoris, quae vel ex aspectu probatur & constat d. l. 3. § 1. de tut. l. 32. de minorib. Schneid. & V. Ves. d. § 3. l. h. t.

III.

Et haec de curae proprijs, quae cum tutela hoc commune habet, quod antequam tutor vel curator munus subeant, a) omnium rerum pupillarum b) prius inventarium conficere teneantur, c) & illas fore salvas fideiussoribus d) & iuramento e) caveant. f)

a) Quod suscipere non debent nisi per decretum Iudicis, quo decernitur eis administratio, quod nihil aliud est, quam ponere ipsum tutorem in possessionem administrationis tutelae l. 5. de legit. tut. quod non solum in legitimo & dativo, sed etiam testamentario tutore verum, nisi testator ei concesserit licentiam propria autoritate administrandi bona pupilli Schneid. l. de legit. agnat. tut. n. 14. & hi omnes ex quo iussi sunt indemnem pupillum praestare debent, non ex quo tutores esse ceperunt l. 17. de ad. minist. tut. (b) mobilium et immobilium, corporalium & incorporabilium Schneid. d. loc. n. 16. & sic per consequens nominum, & debitorum & instrumentorum,

B

quibus

quibus ea continentur, non tamen (ut Dd loquuntur) extensè Fr. Porc. in tr. de inventar. c. 1. n. 1. (c) alias dolo malo presumitur suscepisse tutelam sine huius premissa confectione l. 7. in pr. de administ. tut. l. fin. in fin. C. arbitr. tutel. Si verò omninò non fecerit, tenetur ad omne interesse pupilli per iuramentum aestimandum, propter dolum enim presumptum iuratur contra tutorem in litem d. l. 7. l. penult. C. de in litem iurand. Schneid. d. loc. nisi res dilationem nec modicam expectare possit d. l. 7. in pr. vel à testatore fuerit remissa inventarij confectio d. l. fin. § 1. C. arbitr. tut. quæ tamen, cum inventarium sit caput reddendarum rationum Bl. in l. 72. § 1. de condit. & demon. quoad solennitates publicè faciendi inventarij intelligi debet Treutl. d. disp. 8. th. 5. lit. e. quatenus pupilli interesse creditur, ne forte illius paupertas detegatur, & suspectum æs alienum pandatur l. fin. C. de aliment. pupill. præstand. Tileman. part. 2. disp. 6. ff. th. 27. Ideo nihilominus debet privatim consignare res hereditarias, & de illis postmodum rationes reddere: alioquin indirectè fraus & dolus illi remitteretur, quod fieri non posse rectè ex l. 5. § 7. l. 41. de administ. tut. & l. 20. de liber. legat. concludimus cum Treutl. d. loc. Plot. in tr. de in lit. iurand. § 4. n. 84. § 5. n. 32. Diss. Damhuder. in patrocim. pup. c. 4. n. 15. Moller. lib. 1. Semestr. c. 39. n. 3. & seqq. Quinimò propter utilitatem pupilli si vel nova vel vetus causa suspicionis iudicem moverit, integrum erit à testatoris voluntate divertere l. 8. l. 10. de confirmand. tut. Tileman. d. loc. Br. in l. nemo 55. de legat. 1. n. 12. Cravet. cons. 190. n. 9. Schurff. cons. 41. VVesenb. part. 2. cons. 86. n. 6. & confectionem inventarij tutori demandare, impenas tamen pupilli, Myns. 6. obs. 3. n. 7. An etiam curatorì ad litem? Neg. cum Gaill. 2. obs. 108. n. 11. Treutl. d. loc. quia eius officium nò consistit in administratione alterius, sed solummodo comissi negocij l. 3. C. de in lit. dand. tut. Diss. Br. in l. etsi Rem pupill. sal. for. nu. 1. Quæ verò aliæ sint cause propter quas inventarij confectio remittatur, tradit Plot. in repet. l. si quando § 4. n. 84. & § 5. n. 32. de in lit. iurand. Calcan. cons. 93. las. cons. 3. d) idoneis l. 1. rem rat. hab. l. 1. l. 8. § 1. qui satisfacere cogantur, tot. tit. de fideiussoribus & nom. & her. tut. vel curat. Non verò pignoribus datis, nec pecuniis

nec pecunia satisfactionis causa deposita, cum Prætor in hac sua stipulatione expressè fideiussores requirat l. 7. de prætor. stipulat. Novel. 53. c. 2. & c. 3. § 2. Nou. 112. c. 2. Fideiussores enim idoneos expectior est modus conueniendi, quam distrahendi pignora, quod satis ostendit formula distractionis in l. ult. C. de iur. domin. impetr. Arumæ: d. disp. 3. th. 19. ubi ad contraria respondet, quibus Diss. VVes. in par. qui satisfacere cogantur n. 7. Schneid. nu. 5. pr. I. h. t. per l. 1. § iubet in verb. an pignorib. de collat. honor. quam de Prætoris stipulatione intelligit, & textus sibi contrarios eo casu, quod cogi non possit quis dare pignora, possit tamen si velit. Non etiam propter inopiam satisfactione deficiente tutor ad iuratoriam cautionem admittitur, cum tantum in bonis non habeat, quantum pupillus. Admissus verò cum alijs, ijs decedentibus, repellitur, si satis non dat, sine tamen infamia l. 2. C. de tut. qui satis, non ded. § ult. 1. de suspect. tut. Gaill. d. lib. 2. obs. 47. n. 7. Azar. Sturt. disp. 1. 3. th. 6. lit. d. Tileman. d. disput. 6. th. 30. (e) quod velit commodum & utilitatem pupilli promovere, ut ipsius res salvæ esse possint l. 27. C. de Episcop. audient. l. ult. § pen. C. de administ. tut. l. fin. § 1. C. arbitr. tutel. Novel. 72. c. fin. Myns. 6. obs. 39. & ad pr. 1. de legit. agn. tutel. n. 10. Diss. Don. ad tit. de iure iurand. in pr. (f) Quod curare, ut hæc satisfactio ab alijs exigeretur vid. inf. th. 7. lit. a. à tutoribus vel curatoribus, olim erat Prætoris officium, vel eius, cui Prætor id demandat § 2. I. h. t. & ibi Hott. l. 5. in pr. de confir. tut. l. 2. & 3. rem pupil. salv. sor. Et hoc primam à Traiano Imperatore erat constitutum, oratione in Senatu habita, & S C T O in eam sententiam facta l. pen. C. de magistr. conueniend. quod cum, ab imperatore Adriano in edictum perpetuum relatum fuisset, factum est, ut huius satisfactionis institutum, interdum Adriano, interdum S C T O, interdum Prætoris Edicto tribuatur Hottom. ad pr. 1. h. t.

III.

Verum hoc non est perpetuum. Nam tutores testamento dati satisfacere non coguntur. (a) Item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisfactione non onerantur. b)

a) Quia ius testandi & tutoris vel curatoris dandi l. 12. tab. testatorib. tributum, satisfactione vel inquisitione adhibita, minui non debet § ult. 1. de tut. & ibi Hott. l. 4. de test. tut. l. 1. de confirmand. tut. maxime patribus, à quibus fides & diligentia tutorum satis probata presumitur § 1. 1. h. t. l. ult. C. de curat. l. 20. C. de Episcopal. audient. etiam in tutoribus, quos in Codicillis constituerint l. 3. de test. tut. nisi postea mutati sint mores tutoris, vel lapsus sit facultatibus, cum Prætor utilitatem pupillorum, non scripturam testamenti sequi debeat l. 8. l. 9. & l. 10. de Confir. tut. Schneid. in d. § 1. 1. h. t. n. 10. A matre verò datus in testamento, licet non sine inquisitione confirmetur, tamen à satisfactione relevatur l. 2. in prode confir. tut. Non obst. glos. in d. § 1. h. t. quia ita intelligi debet, ut tutor sine inquisitione à satisfactione non liberetur Schneid. secund. Dd. alios d. loc. n. 13. ut & à quolibet extraneo dati, qui inquisitione habita satisfacere tenentur l. 5. ff. d. t. b) Est enim Regula iuris, ubi locus est inquisitioni, cessare satisfactionem l. ult. § 7. de administ. rer. ad civitat. pertinent. in qua mores vita & facultates tutoris considerantur, ut leges presument omnes qualitates abesse, quæ suspicionem adferre solent d. § 1. 1. h. t. & ibi Schneid. Si verò minus idonei postea reperiantur, rectè satisfactio postulatur l. 1. C. de tut. & cur. qui satis non ded. Et hec in maiori procedunt magistratu. Si verò à minori magistratu datus fuerit tutor tunc indistinctè sive adhibita sit inquisitio sive non, satisfacit § 5. 1. de de Attil. tut. Schneid. d. loc. secundum Br. in d. l. 5. de confir. tut. Hodie ad hanc satisfactionem præstandam omnes tenentur tutores, quæ fit sub hypotheca omnium bonorum ex Ordinat. politicæ Carl. V. in comit. Aug. anno 1548. celebratis tit. 31. § 4. iure Saxonicò, quando tutor est heres pupilli, tunc non satisfacere tenetur, nec cuiquam de bonis rationem reddere Schneid. d. loc. ex lib. 1. artic. 45.

V.

Quod si plures a) tutores vel curatores hoc modo fuerint constituti, administratio rerum pupillarum, aut uni ex illis committitur b) aut inter illos diuiditur. c)

a) Plures enim tutores tam testamentarij, quam legitimi, & dativi unius pupilli esse possunt l. 18. de test. tut. l. 9. de legit. tut. l. 23. de tutor &

tutor & curat. dat. Item plures curatores minor 25. annis dari
l. 3. in pr. de administ. tutor. Et hi si velint omnes simul ad-
ministrant, ita ut ad eligendum unum, vel tanquam succedanei alieni
periculi ad fidem à Prætor electo habendam non cogantur. d. l. 3.
§ fin. Schneid. d. § 1. I. h. t. n. 9. b) ne pupillus in rationibus
exigendis circa plures distringatur l. ult. ff. rem pupill. sal. for. qui
segnius commissa negotia expedire l. 2. C. quando & quib. quarta
pars. lib. 10. & naturaliter ad dissentiendum solent esse faciles l. 17.
§ 6. de recept. qui arbitr. Si igitur unus è pluribus satisfidandi lege
solutis, cæteris tacentibus electionem offerat, ut aut illi gerant, aut
ab eo satisfidationem accipiant, et patiantur ipsum solum administrare,
tunc si alij tutores consentiant, ut ille administret, & eligant satis
accipere, decernitur ei administratio d. § 1. I. h. t. l. 17. & 18 de test.
tutel. l. 4. C. de tut. & cur. qui sat. non ded. Si verò lacepsiti
satisfidant, ei, à quo lacepsiti sunt, præferuntur d. l. 17. vel etiam ad-
missio primo satis offerente omnes pariter administrant Schneid. I. d.
§ 1. h. t. n. 5. Collegæ autem petere invicem satisfidationem non pos-
sunt, at provocare inter se possunt l. 7. rem pupill. sal. for. cuius
formula provocationis hæc fuit, aut satisda, aut satis accipe Hott.
d. § 1. Quod si nemo eorum satis offerat, tunc is administrabit tute-
lam, quem maior pars tutorum elegerit, etiam ex inquisitione dati
d. § 1. I. h. tit. l. 3. § 7. de administ. tut. statur enim maiori parti
l. 19. ad municipal. discordantibus verò in eligendo tutoribus Prætor
ipse unum pro imperio deligit & causa cognita constituit d. l. 3. l. 17.
l. 18. & l. 19. de testam. tut. Nec hoc casu recurritur ad iudicium
sortis, quâ cum vertitur præiudicium alterius, nunquam res dirimitur
Dd. in l. fin. in pr. C. comm. delegat. Schneid. d. § 1. I. h. t. n. 8.
Hæc autem omnia tamdiu procedunt in testamentarijs tutoribus,
si testator uni, aut duobus ex omnibus delectis administrationem non
mandarit. Electi enim omnibus potiores habentur, meritoq; statur pa-
tris voluntati, qui utriq; rectè filio prospexit d. l. 3. § 1. etiamsi quis
alius satisfidationem offerat, tamen patris iudicium præfertur Hott.
d. § 1. nisi tutoris mores sint mutati, vel lapsus sit facultatib Schneid.
d. § 1. n. 6. vid supr. th. præced. lit. a. Cæteri non administratores,
sed observatores & custodes sunt. ut tamen administrationis negli-

gentie, siquidem solvendo non sit, periculum recipiant d. l. 3. §. 2. & l. 14. §. 1. de solutionibus c) si hoc efflagitent vel in partes, vel regiones d. l. 3. in fin. cum l. seq. Non tamen tam ipsa tutela, quæ individua appellatur d. l. 3. in fin. quam rerum administratio hoc casu divisionem recipere intelligitur vid. d. disp. preced. th. 3. lit. a.

VI.

Pupillus igitur tutores directæ tutelæ (a) & actionibus de rationibus distrahendis (b) minor curatores utraq; hac utili, c) contraria verò tutores & curatores pupillum vel minorem convenire possunt. d)

a) Quæ quasi ex contractu §. 2. I. de O. quæ quas. l. 5. §. 1. de O. & A. olim demum finita tutela competebat, hodiè verò singulis annis vid. preced. disp. th. 7. lit. c. Et quidem si tutela non est divisa, pupillus habet electionem, quem ex tutoribus convenire velit, sive omnes gesserunt, sive nullus, quia sunt in pari culpa l. 2. in pr. C. de divid. tut. quod si unus administravit, alij non, tunc de administratis primò is convenitur, sed de neglectis & non gestis tenentur omnes l. 3. §. 2. de administ. tut. l. fin. C. si tut. vel cur. non gess. Si verò tutela est divisa, Vel à testatore, tunc unus non tenetur de facto alterius contutoris, sed quilibet pro administratione sua, nisi per dolum & culpam contutorem malè administrantem suspectum non accusavit vel removit d. l. 2. vers. in divisionem C. de divid. tut. Excusis tamen prius facultatibus eius, qui gessit d. l. 3. §. 2. l. 39. §. 11. de administ. tut. Vel à magistratu, tunc si tutor qui administravit, non sit solvendo, verius est, usq; ad eò ad contutores non veniri, ut prius ad magistratus veniatur l. 1. §. 15. de tut. & rat. distr. l. 46. §. pen. de administ. tutor. Schneid. I. de satisdat. tut. n. 11. & seqq. nec resistit l. 4. C. de magist. conveniend. Imperator enim, ibi ad factum respondet, in quo procul dubio proponebatur contutores tutorem administrantem non redidisse suspectum, quo casu rectè prius conveniuntur, uti supra & eo, quo ipsi diviserunt tutelam d. l. 1. §. 15. Rober. disp. 5. 1. th. 8. In hanc actionem venit rationum confectio & exhibitio l. 1. §. 3. de tut. & rat. res minoris nec dum restituta,

restitutæ, & reliqua d. l. 46. de administ. tut. l. 3. & l. 9. C. arbitr. tut. Et quicquid vel abest commodi, vel adest damni d. l. 1. in pr. h. t. Vvesenb. in par. ibid. ex l. 7. C. arbitr. tut. nu. 5. Regulariter ex dolo, culpa lata, & levi l. 3. § fin. l. 4. § 4. & l. 7. § 1. de suspect. tut. præterquam in nominibus debitorum exigendis, Prædia ex pecunia pupilli comparandis, ubi tutor latam culpam tantum præstare tenetur l. 7. § 2. de administ. tut. l. 6. & l. 7. C. eod. l. 2. & 4. C. arbitr. tut. l. 20. C. de negot. gest. non etiam ex levissima Schneid. & Dd. ad § 6. I. de suspect. tut. cum l. 7. C. arbitr. tut. l. 39. § 6. de administ. tut. solummodo levis culpe mentionem faciant Bocer. ad l. 23. de R. I. c. 4. n. 11. Vult. discep. Schol. 15. Treutl. d. vol. 2. disp. 9. th. 4. lit. d. & th. 5. lit. c. Hoer. disp. 3. I. th. 23. ubi huius rei rationem assignat. Diss. Accurs. in d. § 6. I. de suspect. tut. Hott. lib. 6. Epit. tit. 2. per l. 4. C. de peric. tut. l. 21. C. mandat. Quibus & alijs satisfacit Pet. Fab. in d. l. 23. de R. I. Si tamen contra heredes tutorum agatur, ne quidem levis ab eis præstatur culpa l. 1. C. de hered. tut. l. 2. C. de magist. conven. Treutl. d. disp. 19. th. 5. lit. d. ubi Cuiac. diss. refert. 13. obs. 29. & 21. obs. 2. suam sententiam retractantem, nisi contra tutorem lis inchoata, hoc est contestata, nisi ex damno pupilli lucrum captatum sit, & tandem nisi alij ex damno pupilli per gratiam lucrum præstitum sit Treutl. d. th. 5. lit. e. (b) quæ ex l. 12. tab. pupillo datur l. 1. § pen. de tut. & rat. l. 55. de administ. tut. propter furti nec manifesti speciem, quam factum habet l. 33. de furt. in duplum d. l. 1. § 20. & l. seq. § 2. ita tamen ut in illo duplo simplum contineatur d. l. 55. § 1. de administ. tut. l. 1. § 20. & l. 2. de tut. & rat. Cuiac. ad Paul. lib. 2. sent. 30. Unde quia penalis est, in heredes non transit d. l. 1. § pen. & cum actione tutelæ concurrat, licet altera tollat alteram d. l. 1. § 21. & ibi Vves. in par. n. 6. c) tam durante, utili negotiorum gestorum actione, si de una aliqua specie agatur, veluti quod res minoris salva esse desit, l. 4. § ult. de tut. & rat. distr. l. 16. § 1. ff. eod. l. 4. § 4. et § pen. ff. rem pupil. sal. for. l. 7. C. arbitr. tut. l. 17. C. de negotijs gest. Cuiac. 17. obs. 7. quam finita cura, utili tutelæ actione universali, quæ tunc competit, cum totius curæ ratio reposcitur, h. e. finito curatoris officio l. 2. l. 14. C. d. t. de administ.

de administ. tut. Diss. Vigil. lib. 5. meth. iur. civil. per d. l. 4. §
 fin. l. 5. § 6. de administ. tut. putans dari actionem negotiorum
 gestorum universalem, aliter VVes. in par. de tut. & rat. distr. n. 7.
 qui minori concedit utramq; actionem, utilem etiam durante cura,
 quod repugnat rationi l. 9. § 4. & l. 16. ff. eod. & d. l. 2. & l. 14.
 C. de administ. tut. uti docet Treutl. d. disp. 9. th. 7. lit. a. Datur
 etiam actio hypothecaria contra possessores bonorum tutoris l. 20.
 C. de administ. tut. rei vindicatio sine pretij restitutione, contra pos-
 sessores rerum pupilli illicitè alienatarum, nisi emptor in lucrum pupilli
 cessisse probaverit l. 1. l. 5. §. pen. & ult. de reb. eor. qui sub. tut.
 l. 34. l. 8. l. 15. C. de prædij & alijs reb. minor. l. 3. & 6. C. arbitr.
 tut. Vel causa alienationis digna fuerit habita, veluti si testamento
 parens hoc caverit, si princeps permiserit l. 1. & seqq. C. quando
 decreto opus non sit, lesus tamen pupillus vel minor in integrum res-
 titui poterit l. 5. & l. 7. de reb. eor. qui sub tut. d. l. 1. l. 3. § 1. de
 contr. tutel. act. & hec datur si quid in rem pupilli vel minoris, vel
 cuiusvis alterius, qui sub cura est, aliquid impenderit § 2. l. de ob-
 que quas ex contr. d. l. 1. in pr. & l. 2. in pr. ubi pupillus educ. l. 3.
 C. de administ. tut. bona fide d. § 2. l. de O. l. 5. § 1. de O. & A.
 d. l. 3. § 1. de contr. tut. Don. 15. comm. 21. heredibus & in here-
 des cum sit rei persecutoria d. l. 3. § fin. l. pen. l. 18. pen. h. tit. Et
 in illa compensatio tutori, si conveniatur à pupillo, non deneganda d. l.
 1. § 4. h. t. l. 3. C. eod. l. 2. ubi pupill. educ. l. 2. C. de in lit. dand.
 tutor. quamvis obligationes contrarium exitum habuerint, ut si bona
 fide litem movit, & sumptus fecit ac succubuit VVes. in par. h. t. n.
 4. ubi tamen non nullas proponit exceptiones.

VII.

Competit etiam pupillo, & minori actio ex stipulatu, a)
 & tandem subsidiaria b) adversus magistratus, qui satisda-
 tionem accipere solent c) si vel omnimodo à tutoribus vel
 curatoribus satisdari non curaverint, aut non idoneè d) passi
 sunt caveri: qua tenentur tam ipsi, quam eorum hæredes. e)

a) Ex stipulatione rem pupilli vel adolescentis salvam fore, que non
 tantum contra ipsum tutorem vel curatorem, sed etiam eorum fide-
 iussores competit, factis non solvendo tutoribus l. 4. § 2. l. 12. Rem
 pupil. sal. for. tot. tit. ff. & C. de fideiuss. tut. & curat. ita ut
 beneficiunt

beneficium divisionis obijcere pupillo nequeant. l. fin. in fin. rem pup.
sal. for. l. 2. de exercit. act. nisi ex persona & causa tutorum, pro
quibus fideiusserunt l. 6. & 7. ff de fideiuss. & nominat. cum singuli
in solidum teneantur l. 2. in fin. C. de divid. tut. l. 6. C. arbitr. tut.
ex aequo tamen et bono dividitur inter eos actio, si omnes sint solvendo.
& si unus paratus sit solidum solvere, postulare prius potest a pupillo
contra ceteros tutores ut sibi actio cedatur, quam etiam non cessam
utiliter habet Bocer. clas. 2. disp. 14. th. 159. ex l. 1. § 11. de tut. &
rat. & l. 76. de solut. Fideiussores autem hoc casu existimandi sunt,
non solum qui promiserunt l. 12. C. de fide iuss. sed etiam qui pre-
sentes non contradixerunt, & nomina sua reserri in Acta publica passi
sunt l. 4. § fin. de fideiuss. & nominat. Item affirmatores, postulantes,
nominantesq; aliquem in tutorem d. l. 4. § fin. & l. 2. ff d. t. ubi
Vves. in par. n. 3. b) quae datur cum neq; tutores, neq; eorum fidei-
iussores sunt solvendo, excusis eorum facultatibus, quas isti possident
l. 1. l. 4. C. de magistr. conv. l. 1 § 15. de tut. & rat. dist. Nam sunt
veluti fideiussores tot. tit. de fideiuss. & nominat. & hered. qui
hoc modo in subsidium conveniuntur Auth. Praesente C. de fideiuss. post
omnia alia remedia, cum pupillo vel minori non potest esse aliter
consultum §. 2. l. h. t. & ibi Schneid. n. 17. Ita tamen haec actio in
magistratum, non in totum ordinem, sed eos qui dederunt l. 1. in pr.
de Magistrat. conv. dari solet, si dolus vel culpa ijs imputari potest
d. § 2. l. h. t. ubi Dd. d. l. 1. § 3. & ibi Vves. in par. n. 2. l. 46.
§ 6. de administ. tut. Praeter haec casum futurum & fortunam pu-
pillo prestare non debent d. l. 1. § 11. probatio autem dolum vel
culpam abesse, non pupillo, sed magistratui incumbit d. l. 1. §. 13. (c)
cuius exactio ad eos qui tutores dabant, non pertinebat d. § 2. h. t.
veluti ad Praetorem, Praefectum urbi, Praesidem, propter dignitatem,
& quoniam non suo arbitrio, sed ex relatu magistratuum municipali-
um plerumq; constituere tutores solent d. l. 1 §. 2. de Magistrat. con-
ven. Sed ad minores magistratus, qui licet etiam habeant ius dandi
tutores, tamen ex dispositione legis, vel consuetudinis satisfactionem
exigere debent. Ideo etiam hac actione tenentur d. l. 1. §. 2. & §.
8. de magistrat. conv. l. 53. de administ. tut. ut & illi qui exigunt
tantum satisfactionem, nec tamen tutores dare possunt, d. §. 2. Inst.
hoc. tit. & ibid. Hott. & Schneidew. n. 17. ut scribe l. ult. C.
de magistr.

C

de magistr.

de magistr. conveniend. Hodie tamen hoc in Gallia desuetudine abrogatum Gothofr. ad rubr. C. de magistrat. conp. nec in Germania amplius usurpatur, forte quia iidem, qui dant tutores, etiam satisfactionem exigunt Treutl. disp. 9. th. 7. lit. c. (d) paria enim sunt utrum quid non fiat, aut non debito modo fiat d. §. 2. l. b. t. l. 6 qui satisfar. cog. l. 1. §. 2. quod cuiusq; Universitat. l. nihil interest de R. I. Menoch. conf. 100. n. 177. (e) qui tantum de dolo, & lata, non levi tenentur culpa l. 4. l. 6. ff. h. t. l. 2. C. eod. non autem fidei iussores magistratum, qui Reipubl: sed solummodo qui pupilli rem salvam fore promiserunt, hac actione tenentur d. l. 1. in pr. & ibid. VVes. in par. n. 4.

VIII.

Tutelam & curam a) omnes subire coguntur, b) nisi legitimam excusationis causam habeant, quæ est multitudo liberorum, c) administratio rerum fisci d) absentia Reipub: causa. e)

a) ut munera non quidem Reipub: de quibus in l. 14. de munerib. & honorib. ubi uid. VVes. in par. n. 2. & seq. sed publica, civilia, & personalia pr. l. h. t. quæ animi provisione, & corporalis laboris intentione sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur l. 18. ff. d. t. & publicam habent causam l. 9. de his qui sunt sui vel alien. iur. cum Reipub: intersit salvas pupillis fortunas conservari l. 2. §. 2. qui pet. tut. Hott. d. pr. l. h. t. & ibi VVes. n. 5. Ab his lex neminem voluit esse immunem l. 19. & l. 28. C. de Decurionib. etiam si ab alijs Reipub: muneribus strictè sic appellatis excusationem habeat l. 15. §. 12. h. t. Sive sit Dativus, vel testamentarius, qui etiam legatum in testamento relictum perdit, si tutelam excusationis iure suscipere noluit l. 28. in pr. de test. tut. l. 5. §. 2. de his quæ ut indig. Tileman. part. 2. disp. 6. th. 24. quando scilicet ea contemplatione relictum est, ut tutelam subeat, alias secus d. l. 28. et l. 28. h. t. sicuti nec dativus, quando iudex eum vult dare tutorem, & se excuset, cum nihil contra iudicium et voluntatem testatoris fecerint l. 32. l. 33. et 34. h. t. Schneid. I. h. t. n. 3. Si verò iam consecuti fuerint legatum, non amplius admittuntur ad excusationem d. l. 5. §. 2. de his quæ ut indig. (b) per pignoris captionem, multæ indictionem, banni extraordinarij impositionem & detentionem personalem l. 1. §. 3. de insp. vent. Schneid.

Schneid. d. pr. l. h. t. n. 2. (c) horum tres Rome, quatuor in Italia,
& quinque in provincijs, non naturales l. 2. §. 3. h. t. publicè enim
interest legitimè progenitis patriam augeri l. 2. C. de indict. viduit.
sed legitimi patri excusationem præstant, si vè sint in potestate, si vè
emancipati d. pr. l. h. t. l. 1. C. qui num. liber. l. 36. §. 1. h. t. Nam
in publicis causis, qualis hæc est, patria potestas, quæ privati iuris est,
non spectatur Hott. d. pr. l. h. t. ex l. 5. §. ult. de capit. miunt. Ne-
potes quoq; ex filio demortuo avo ad excusationem profunt, non
adoptivo, cui occupatio, quam propria voluntate & culpa incurrit,
imputatur. t. damnium de R. l. in 6. Schneid. d. pr. n. 6. sed natu-
rali, quem representant, & quodcunq; fuerint unius loci habentur
d. pr. l. h. t. & d. l. 2. §. 7. ff. deod. Non autem ex filia. Hi enim patrem
& eius familiam, non avum maternum sequuntur d. pr. l. h. & §. ult.
l. de patr. potest. Requiritur autem ut liberi sint superstites & inco-
lumes eo tempore, quo pater ad munera vocatur, aut tutor petitur
d. l. 2. §. 4. Nati post petitionem antè cognitionem allegatæ excusatio-
nis non profunt l. 28. in pr. h. t. Inde sequitur liberos defunctorum
non prodesse, nisi fortè in bello amissi fuerint. In bello autem amissi
dicuntur non per causam belli, quo casu obstaret l. 1. §. 2. de incend.
rum. naufrag. & l. 15. de sicar. parentibus abrepti, & forsitan in
obsidione, in præsidijs, castris vè aut hybernis aut æstivis mortui, sed in
acie interempti, cuiuscunq; sexus, vel ætatis sint. Hi enim demum pro
Republica ceciderunt, vnde in perpetuum per gloriam vivere intelli-
guntur d. pr. l. & ibi Dd. ex l. 18. ff. h. t. Ac licet celibatus ac or-
bitatis penas Christiani Imperatores, quod viderent celibatum Deo
quoq; gratum, antiquarint & sustulerint tot. t. C. de infirm. pen.
celibat. *πολοῦσθαι* tamen præmia non item. Illa enim hodiè du-
rant, quorum celibes ac orbi participes non sunt, sed qui liberos
habent, & hi non solum à tutela, sed etiam à legationibus excusantur
l. 1. C. de legat. qui quinq; à muneribus publicis personalibus l. 3. §.
6. de munerib. & honorib. qui sedecim, ab omnibus muneribus perso-
nalibus & patrimonialibus l. 5. §. 2. de iur. immun. atq; ita legendum
esse in l. 24. C. de Decurion. lib. 10 monet. Borch. ad d. pr. ex Cuiac.
Sic parentes 12. vel 16. liberorum immunes etiam essent à collectarum
solutione Accurs. & Br. in d. l. 24. Quod diligenter notandum, si
modò usu obtineret Treutl. d. disp. 9. th. 2. lit. 4. (d) §. 1. l. h. tit.

Idem de prefecto annonae, & prefecto militum, exactoribus tribu-
torum, mensuris frumentarijs, deniq; de alijs, quibus Princeps cu-
ram alicuius rei iniunxit, dicendum est Schneid. & Hott. ad d. § 1. l.
h. t. ex l. 26. 41. ff. & l. 10. C. eod. l. ult. C. qui dar. tut. poss. Ut etiam
de ijs, qui potestatem aliquam habent, hoc est, magistratibus l. 13. de
iurisdic. Sive sit urbanus & provincialis, ut Consul, Praetor, aut
Praeses. Nam & hos propter plenissimam potestatem l. 12. tab. tria-
butam, tutores quis testamento suo instituere potest Schneid. & Hott.
ad §. 3. l. h. t. ex l. 20. § 1. de test. tut. Diss. Borch. d. §. 3. l. h. t.
Sive magistratus municipalis, qui tutor dari potest, decreto Decurio-
num l. pen. qui pet. tut. vel etiam a collega l. 19. de tut. et. cur. dat.
Sed iure magistratus se excusare possunt d. l. 17. §. 5. l. 6. §. 16. l.
41. h. t. Quae excusatio omnino necessaria est, alias tutela pericu-
lum non effugient Schneid. ad d. § 3. n. 3. ex l. 1. C. si tutor Reipub.
caus. Qui autem futurus est magistratus se excusare non potest l. 23.
in pr. Sicut nec is, qui desit esse l. 15. § 2. h. t. (e) non affectata, nec
sui commodi causa, sed coacta l. 36. l. 42. ex quibus caus. maior. Absentia
enim nova tutela imponi non potest §. 2. l. h. t. Sive iam absit, sive
itineri se praeparet, & incipiat agere quodammodo publicam causam
Schneid. & Dd. alij ex l. 5. de legat. Quod paria sint, aliquid factum
esse, vel de proximo faciendum l. pen. de militar. test. Si modo adsit
potentia actui propinqua, unde cingendus pro cincto habetur, & de
proximo doctorandus pro Doctore Br. in d. l. pen. Et haec procedunt
etiam in comitibus & ministris eorum, qui Reipubl. causa absunt,
dum tamen sint intra praescriptum numerum d. l. 42. §. 2. Schneid.
d. §. 2. l. h. t. n. 3. Quod si iam ante muneris delationem tutelam
vel curam susceperint, has non omnino deponunt, sed tantum rea-
mittunt, & interim ipsis de Curatore alio providetur d. l. 10. ss. 2.
h. t. Reversum vero statim hoc munus subire coguntur, neq; habent va-
cationem a tutela pristina recipienda, sed solummodo a nova suscipi-
enda per anni spatium l. 10. ss. 2. h. t. & l. fin. C. si tut. vel cur. Reipub.
caus. qui tamen continuus est, non utilis, & computatur, ex quo
quis redijt, vel redire debuit l. 4. de vacat. muner. Constatq; 365.
diebus l. 132. v. s. l. 4. §. 5. de stat. liber. l. 51. §. 2. ad l. Aquil.
Borch. d. §. 2. l. h. t.

Prætes

IX.

Præter has causas à tutela vel cura excusationem præstant lis (a) tres tutelæ, curationesvè non affectatæ, (b) paupertas, c) morbus, d) imperitia literarum e) senectus f) certarum artium professio, g) adultæ coniugium. h)

a) Quam tutor cum pupillo, vel curator cum minore habet de omnibus fortè bonis, vel maiori parte bonorum ss. 4. l. 21. in pr. ff. & l. 16. C. h. t. Secus si lis sit de modica quantitate, quia tùm de iure veteri curator ad litem constituebatur, qui finita lite curator esse desinebat §. fin. l. de aut tut. Iure autem nouo creditor & debitor pupilli, eius tutor esse non potest Auth. Minoris C. qui dar. tut. nisi res minoris exegerit, et tunc participem in munere habere debet l. 6. C. de excusat. Simili modo propter inimicitias non leues l. 3. ss. fin. de adim. legat. sed capitales tutori iniunctam à testatore tutelam recusare licet, ss. 9. l. h. t. quæ inter eum et tutorem ante testamentum exarserunt, quo casu cum præsumptio in testatore militet, quod eas remisit, tutor inimico animo sibi tutelam iniunctam esse molestiæ potius exhibende, quam pupillo consulendi causa probare debet l. 6. ss. 17. ff. & ss. 9. l. h. t. ubi Hott. Nisi fortè quicquam de reconciliatione, vel alias per dissimulationem puta, vel subsequenti merita constare possit: vel nisi is qui tutor datus est, tutelam affectauit, aut subituro se recepit: tunc enim hanc excusationem amplius obijcere non potest, quia illius voluntati consensit d. l. 6. ss. 17. & l. 15. ss. l. h. t. l. 29. de test. tut. Similiter si tutor vel curator datus sit à iudice, vel etiam à patre pupilli, cum quo capitales exercuit inimicitias post testamentum, quoniam præsumantur durare cum filijs, æquum visum fuit, quem non cogi ad tuendum eos, quos odit Schneid. ad d. ss. 11. Ideo excusabitur imò si taceat ut suspectus ex causa inimicitiarum removeri potest l. 3. ss. 12. de suspect. tut. Nisi similiter de remissione irarum ex verisimilibus coniecturis constet Myns. d. ss. 11. l. h. t. Huc etiam refertur status questio, si tutor pupillo vel eius patri questionem status movet, qua illum in servitutem cogitabat deducere ss. 12. l. h. t. cum capitalis ex hoc contrahatur inimicitia. Servi enim de iure civili pro nullis reputantur l. 32. de R. I. Quod verum, si bona fide status questionem moveat, Secus si calumniosè, ut evitaret tutelam l. 6. ss. 18. h. t. Schneid. ad d. ss. 12. (b) non in fraudem legis ad

explendum numerum expetita, ut quarta onus à se auerteret §. 7.
I. h. t. Vbi tamen Hott. verba in th. posita repudiat. Non autem
simpliciter trium tutelarum, sed trium tutelarum onerosarum nume-
rus excusat l. 5. l. 6. h. t. Sive sint simplices, ut tres tutela vel cura,
sive mixtae, ut due tutela, & vna cura l. 2. §. 9. h. t. etiam in una
domo, ut si pater habeat tres tutelas, filius non vexetur, vel in
utrisq; communes, veluti una filij & due patris, & contra l. 4. §.
2. & d. l. 5. h. t. dummodò non sint leves, nec plurium pupillorum,
quæ pro una habetur, cum tutor universo patrimonio dari intelligatur
l. 21. §. 2. h. t. ita ut unius geri negotium non possit quin & omnium
geratur l. 30. §. 1. h. t. sed diversorum patrimoniorum. Quin imò
non numerus pupillorum, sed difficultas conficiendarum & reddenda-
rum rationum consideranda est, ita ut etiam una tutela sufficiat, si
tam diffusa & negotiosa sit, ut pro pluribus cedat l. 31. §. 4. h. t.
Sed an iam administranti curatorè adiungi oporteat, iudex estimare
debet l. 3. C. in quib. caus. tut. vel curat. Ex tribus autem tutelis, vel
curis si quis excusationem mereri velit, ut adhuc durent necesse est.
Nam si una ex illis cessit, aut priorum pupillorum ætas propè puber-
tatem sit, ita ut tantummodò semestre tempus reliquum fuerit, antea
quam quarta deferatur, cessat immunitas & facultas excusandi d.
l. 31. in pr. l. 17. h. t. (c) quæ non ut in accusatione perferenda,
vel testimonio dicendo, minus quam 50 aureos in bonis habentem
repellit l. 10. de accusat. sed tutorem facit imparem oneri iniuncto,
ut pupilli rebus, & negotijs proprijs interesse non possit, quia cogi-
tur ex proprijs operis & artificio sibi victum querere. Tunc enim
iniquum esset, posthabitis suis ad aliena negotia pertractanda cogi,
tam propter ordinatam charitatem, quæ à se ipso incipit l. 6. C. de
ser. & aq. quam pupilli utilitatem Schneid. ad §. 6. l. h. t. Vbi hanc
rem iudicis arbitrio relinquendam putat, & si nihilominus posset
tutor gerere negotia pupilli, & etiam propria, ut non excusetur,
sicut & pauper, qui alias fidelis est, & se ab onere tutela non excu-
sat, propter solam paupertatem, ut suspectus removeri non debet,
adiungendum tamen ei curatorem, ne substantia pupilli periclitetur
l. 8. de suspect. tut. l. 6. C. eod. (d) qui etiam propria negotia
administrato

administrare non permittit l 10. in fin. h. t. l unic. C. qui morb.
Et tunc non solum à nova tutela suscipienda excusat, sed etiam à
suscepta, ut eam quis possit deponere d. l. 11. et. l 40. h. t.
quo casu alius tutor datur l pen. de tut. Sin autem morbus non
sit talis, interea curator datur d. l 10. §. fin. Atq; tunc ea proprie
excusatio non est, quia tutelam non solvit Treutl. d. disp. 9. th. 1.
lit. c. (e) §. 8. l. h. t. Vbi in pr. Regula, in fine Exceptio tra-
ditur ex Paulo in l 6. §. fin. h. t. desumpta. Sic vox quamvis in d.
§. 8. l. h. t. usurpatur pro nisi, uti in l 2. §. 2. de Prator. stipul.
l 7. §. 5. ad exhibend. ut habeat vim restringendi, non ampliandi
Heig. ad d. §. 8. n. 11. & seq. Vult. in discept. Schol. c. 8. per
tot. Pac. cent. 1. ass. 52. Forster. disp. 5. l. th. 6. Licet enim in
plerisq; causis rustici, & alij imperiti literarum excusentur, ad
onera tamen compelli, & excusatione frui non possunt, si sagaces
& versuti fuerint, Menoch. de arbitr. Ind. quest. lib. 2. cas. 194.
& de Recuper. poss. remed. 9. n. 32. Quos decuriones, iudices esse,
& magistratum gerere non prohiberi, satis constat ex l 6. C. de
Decur. l pen. C. de iudic. Ita tamen ut Pedanei à Ictis consilium
petant, quod Romæ moris fuit §. Responsa I. de I. N. G. & C. l 2. in
fin. de O. I. maiores verò habeant assessores l 2. quod quisque iur.
Hott. illustr. quest. 26. Non igitur imperiti literarum à procura-
tione negotiorum pupillorum vel minorum excusantur, ut sagaces
& versuti rustici in pagis, dum tamen expensorum & acceptorum
rationem inire possint. Myns. ad d. §. 8. l. h. t. n. 2. que non te-
merè alterius fidei committenda Hott. d. §. 8. quem è diametro d l.
6. repugnare putat. Et Borch. ibid. affirmat, quod vicaria ami-
corum opera, aut ministrorum in commentarijs & ephemeridibus
uti possit, Aliter quoq; Cuiac. ad d l 6. §. fin. & ibid Gotthofr.
(f) Si tutor annum 70 superarit, neq; enim ingressi 70 annum
vacatione utuntur §. 13. Inst. h. t. l 2. in pr. ff. eod. Hec
autem ætas non tantum à tutela & cura, sed etiam à ceteris per-
sonalibus muneribus excusat, ab his tamen citius, nimirum anno
55 à Decurionatu l 2. §. fin. l. 11. circa med ff. de Decurionibus.

Rationens

rationem assignat Myns. ad d. §. 13. l. h. t. quod in hoc plus laboris
corporalis, quam industriae, in tutela verò & cura magis senum pru-
dentia requiratur ob ineuntis aetatis inscitiam. Borch. verò citius dari
excusationem honorum quam munerum putat, cum munera detrectant
ferè omnes, honores verò affectant. Et haec ut & alia privilegia se-
nibus ob reuerentiam l. 5. in pr. de iura immunit. attributa sunt, de
quib. vid. Schneid. ad d. §. 13. l. h. t. Minores 25 annis tutela &
curatione prohibentur, nec solum legitima & dativa, sed etiam testa-
mentaria l. fin. de legit. tut. Ideò excusatione non egent, ut nec milites
armis dediti §. 14. l. h. t. tam seculares l. 8. in pr. & l. 10. in pr. ff.
eod. l. 4. C. qui dar. tut. poss. quam caelestes, clerici, monachi, mi-
nistri Ecclesiarum. Nam & hi immunitatem à tutela habent, non
tamen divagantes, neq; circa mysteria divina desides l. 52. §. 1. C. de
Episcop. & cler. c. generaliter. 16. q. 5. Cum propter hoc ipsum
beneficium eis concedatur, ut alijs omnibus derelictis Dei omnipoten-
tis ministerijs inhereant, nec negotijs secularibus sese implicent d.
l. 52. §. 1. & c. fin. extra de cler. vel monach. Ideò cum iure dati
non sint, improprie se excusare dicuntur l. 13. §. 12. h. t. nisi ad
miserabilium personarum tutelam vocentur Schneid. ad d. §. 13.
l. h. t. nu. 4. Propter favorem autem militiae, quam exercent,
si cum tutela legati honos habitus est, legatum sine tutela
recipere, ijs permittitur Hott. ad d. §. 13. ex l. 8. C. de legat.
(g) ut Medicinae, Philosophiae, sub qua etiam Logica, Grammatica,
sub qua non comprehenduntur, qui primas literas pueros docent, sed
qui ab Homero vel Virgilio incipiunt l. 2. §. ult. de vacat. mun.
Item Rhetorica §. 15. l. h. t. l. 6. ff. eod. Modò in patria, vel Rome,
que est communis patria l. 33. Ad municipal. doceant, vel medicentur
d. §. 15. l. h. t. sintq; nisi valde disciplinis instructi d. l. 6. §. 10.
h. t. intra numerum, qui certus in alijs d. l. 6. §. 2. & 3. non in Phi-
losophis, quia rari sunt, qui Philosophantur d. l. 6. §. 7. Deniq;
circa officia se negligentes non habeant d. l. 6. §. 4. Ceteri verò
Professores excusationem non merentur ut Geometrae l. 22. h. t. Poetae
l. 3. Calculatores l. 4. C. de profess. & medic. Hydraulae l. 4. C. de
excusat. muner. Nec etiam iuris Professores, licet ab alijs muneribus
vel civilibus vel publicis ex l. 6. C. de Profess. & medic. non tamen
à tutela vel cura immunes esse iubentur, etiamsi in patria vel in
aliquo

aliquo alio Præsidentu legerint d. l. 6. §. 12. & l. 30. in pr. h. t.
Cum nihil magis eis conveniat, quam tueri pupillos, quia ceteris
aptiores sunt Schneid. & Dd alij ad d. ss. 15. l. h. t. nisi fuerint à cons
silijs principum d. l. 30. vel Romæ d. l. 6. §. 11. h. t. vel etiam in
alijs civitatibus, ubi est publicum Gymnasium, iura profiteantur, &
sint excellenter docti. In illo enim si legant, sunt decus & splendor
patriæ suæ communis, ut Romæ arg. d. l. 6. §. 11. Schneid. & Myns.
ad d. §. 13. l. h. t. (h) si enim quis tutelam pupilli gessit, inritus
non cogitur eiusdem puberis esse curator, etiamsi testamento datus sit
§. 18. l. h. t. Et l. 20. C. eod. Nam sufficit in quibusdam amici com
moditatibus consuli l. 20. C. de negot. gest. Tutor autem volens etiam
curator eiusdem personæ esse potest arg. à contrario sensu sumpto,
quod ceteris paribus in iure est validum Schneid. ad d. §. 18. (h)
maritus bonorum, quæ uxor sibi reservavit præter dotem, nec volens
curator esse potest §. 19. l. h. t. l. 2. C. qui dar. tut. ne mutuus amor,
qui donationem inter coniuges impedit l. 1. de donat. inter vir. &
uxor. efficiat, ut spreto suo commodo, uxor remissionem faciat red
dende administrationis propter verecundiam, vel mariti blanditias
l. 7. C. de interd. matrim. l. 64. l. 67. §. 3. de rit. nupt. vel for
sit an ex mala mariti administratione scandalum in remotione suspecti
oriatur, quod fieri non debet l. 2. C. ne fideiussor. dot. dent.
Schneid. ad d. §. 18. Ideo in hoc casu excusatione non indiget d. l.
13. §. ult. h. tit. Sed solum in eo, ubi sine suspitione, interdum etiam
sine eventu fraudis potest admitti, veluti si tam ægræ, aut furiosæ,
aut deliræ uxori curator detur, ut nulla curandi morbi, nec spes
recuperandæ sanitatis supersit Hott. ad d. §. 19. ex l. 22. §. 7. solut.
matr. Et l. pen. in pr. Ad l. Falcid. De dote verò, quæ est in dominio
mariti disponit, agit, & convenitur, ut dominus l. 7. §. 3. de iur.
dot. & in paraphernalibus, quæ mulier ultra dotem habet, & tradit
marito in custodiam, etiam est legitimus administrator, sine ullo uxoris
mandato l. fin. C. de pact. conrent. Schneid. d. §. 18. Iure Saxon.
maritus est curator suæ uxoris in omnibus bonis lib. 1. art. 31. & 45.
lib. 3. art. 47.

X.

Qui autem excusare se volunt, non statim appellant à
tutelæ vel curæ delatione, sed intra 30 dies continuos, (o)
D ex quo

ex quo cognoverint, se esse tutores vel curatores datos, excusationes proponere tenentur (b) à quibus reiectis appellandi licentia demum permiffa est. (c)

a) quibus, qui sunt in urbe, vel extra urbem intra 100. lapidem h. e. miliare l. 1. §. 4. de offic. pref. urb. coram iudice comparere, & excusationem debent proponere §. 16. l. h. t. l. 13. ss. 1. ff. & l. 6. C. eod. qui supra centum miliaria à civitate absunt, ijs viginti quinq; miliaria in unamquamq; diem computantur, & extra hos alij triginta dies d. l. 13. §. 1. Et conficitur unumquodq; miliare Italicum, vel legale mille passibus: Passus quinq; pedibus: pes verò quindecim digitis Myns. d. §. 16. n. 7. Non autem excusationem per libellos proponere ijs conceditur l. 25. h. t. quia Decreto opus est l. 9. §. 1. de off. Procons. Possunt tamen contestari excusationem per libellos d. l. 13. §. 10. h. t. Diss. Accurs. in l. 25. Sic absens per Procuratorem se potest excusare l. 15. §. 3. de manumis. vindict. (b) Etiam si sint legitimi. Nam & hi excusationibus legitimis uti possunt l. 1. & 4. C. de legit. tut. vel curat. l. 3. §. 8. ff. eod. l. 9. C. qui dar. tut. Nec his obs. d. §. 16. in verb. cuiuscunq; generis sint dati l. h. Ex quo Cuiac. in not. ad Vlp. tit. 12. in verb. abdicare autem, negatipam astruit. Et si enim legitimi ab homine non dentur, tamen à lege dantur. Idq; apparet ex definitione tut. in verb. data ac permiffa. Sic minus movet, quod legitimi tutores ipso iure fiunt tutores pr. l. de legit. tut. ac proinde ut sui heredes hereditatem §. 2. l. de hered. qual. Sic etiam tutores tutelam repudiare non possunt Cuiac. d. loc. cui astipulatur Borch. pr. l. h. t. distinguens tamen inter tutelam feminarum et masculorum, quasi illa cedere possint, hac non item, & Hott. in d. §. 16. l. h. t. per l. 1. in pr. de legit. tut. & l. 73. in pr. de R. I. Verum licet ambo l. 12. tab. in eo convenient, quod istud nomen sortiantur ipso iure, in reliquis non item. Sui enim volentes nolentes de iure civili propter dominij continuationem adire cogebantur, sed legitimi tutores ita demum, si idonei sint, st oneri ferendo pares. Ita iustam excusationem lex adimere non potest l. 13. de Cur. fur. l. pen. in fin. de legit. tut. Rober. d. disp. 5. th. 9. (c) Non à tutela vel cura delatione d. §. 10. l. h. t. & l. 13. in fin. pr. ff. eod. Idq; propterea, quia non appellatur nisi à sententijs iudicum l. 1. §. 2. de Appell. l. 1. §. 1. quando appell. Atqui in tutorie delatione

delatione nulla sententia Don. 3. comm. 9. Accurs. Schneid. Myns.
 Balduin. ad d. ss. 16. l. h. t. VVes. in par. ff. eod. n. 4. ibid. Duar.
 c. 1. Diss. Treutl. d. disp. 9. th. 1. lit. b. arg. l. 4. h. t. l. pen. de tut.
 dat. l. 20. de administ. tut. l. 17. in fin. de appell. l. 8. C. de excus.
 Cuias. & Gothofr. in d. l. 4. Obrecht. th. 714. & Hottom. quæ
 non necessitatem, imponit sed potestatem appellandi tutoribus con-
 cedit per d. l. 20. de administ. tut. & l. 17. ss. 1. de Appell. Atq; ita
 d. ss. 16. l. h. t. explicat. Sed opp. textus intelligendi sunt secundum
 d. l. 13. in pr. h. t. ut quidem neceßè non habeant à tutela appellare,
 quemadmodum à cæteris civilibus officijs d. l. 1. ss. 2. quando appelland.
 sed nuda sufficiat excusatio ob favorem pupillorum l. 18. C. h. t. Idq;
 ex constit. D. Marci d. l. 13. & hanc viam si elegerint, frustra antè
 hoc est, quam repulsam passi sunt, appellant, scilicet ab onere tutela
 d. l. 1. ss. 1. quando appell. Imò verò nec possunt aliam viam eligere,
 sed post D. Marci Constit. ita debent, & neceßè habent excusationem
 coram ipso dante allegare intra præstituta tempora, de quib. supr.
 lit. 2. Rober. d. disp. 5. l. th. 11. Proposita autem excusatio intra
 quatuor menses, quibus hoc iudicium ob favorem pupillorum finiend-
 dum, etiamsi alia lites diutius durare possint l. 13. ss. 1. C. de iudic.
 vel probatur: vel rejicitur l. 38. ff. & l. 6. C. h. t. si probatur sequitur
 liberatio l. 22. C. h. t. nisi falsis allegationibus excusatus sit tutor ss. fin.
 l. h. t. l. 37. ff. eod. l. 1. & tot. t. C. si fals. allegat. l. 5. C. de præd.
 minor. Si rejicitur excusatio, potest tutor appellare d. l. 13. quod si
 victus fuerit, ex eo tempore, quo ad administrationem accedere debuit
 obligatur l. 15. C. h. t. l. 20. l. 39. §. 6. de administ. tut. Omissa verò
 appellatione tutelam vel curam omninò suscipere cogitur l. 3 & 6. C.
 h. t.

XI.

Aliquando etiam inviti tutores vel curatores suspecti
 crimine a) convicti remouentur tam testamentarij, quam al-
 terius generis b) & si ob dolum c) famosi fiunt, si ob culpam,
 non (d) æquè: Quin & patroni, dummodò famæ illorum
 parcat, licet ut suspecti removeantur. e)

a) Hoc crimen ex l. 12. tab. descendit. pr. l. h. t. & l. 1. ss. 2. ff. eod.
 & vel civiliter, vel criminaliter de eo agi potest. Civiliter, ut tutor
 etiã tutela sibi delata privetur ss. 5. l. h. t. si delitescat, tunc n. Edictis
 evocari, et si non compareat, ut suspectus removeri solet l. 7. ss. fin. h. t.

Et sic cautius visum est, maturè damnum vitare, quàm acceptum re-
sarcire l 5. h. t. vel ut tutor & curator suspectus declaratus ab ad-
ministratore iam suscipit removeatur, rationem reddat, & reliqua
restituatur, etiamsi satis offerat. Licet enim cautio sufficiens alias ad-
mittatur vid. supr. th. 3. lit. d. tamen non in hoc casu, ubi propo-
situm maleuolum tutoris non mutat, sed diutius grassandi in re fami-
liari facultatem prestat § fin. l. h. t. l 6. ff. eod. Criminaliter, ut
non tantum removeatur, sed ut etiam arbitrio iudicis puniatur d. l.
1. §. 1. & §. 8. l. h. t. Hoc autem posteriori casu subscriptio accusa-
toris, & fideiussio requiritur, de similitudine supplicij, & lite per-
sequenda l 3. §. 2. de accusat. ob rationem l 7. in pr. cod. Dis-
Myns. ad §. 3. n. 4. per l 1. §. 11. ad Tyrpilian. et l ult. de privat.
delict. in quibus non requiritur subscriptio libelli: sed hæc leges locum
habent, quando civiliter, non cum criminaliter agitur. Hanc tamen
subscriptionem, non autem cautionem siue satisfactionem à Carol. V.
in Constit. criminal. art. 12. sublatam putat Schneid. ad d. pr. n. 5.
De hoc crimine cognoscere debet Romæ Prætor, Præsides in Provin-
cijs §. 1. l. h. t. non eorum legati, cum ipsi ut legati Caesaris, legatum
non habeant. VVes. ad d. pr. & in par. ff. de offic. præf. Ideò soli
cognoscunt d. l. 1. ss. 11. ad Tyrpill. sed Legatus Proconsulis ex eius
mandato, quo officium totum ad eum iuris dicendi transit l 1. §. 4.
l ff. h. tit. l. pen. de offic. eius cui mandat. Dis- Hottom. d.
§. 1. l. h. t. per d l 1. §. 11. ad Tyrp. quando civiliter, non cum
criminaliter agitur, quia ipse solus, cui hoc iudicium lege concessum,
illud exercere debet l 1. de offic. eius. cui mandat. l 6. in pr. de offic.
procons. Hodie verò Iudices, qui potestatem dandi, etiam removendi
tutores habent, si modò Iurisdictionem exerceant Schneid. ad d. pr.
l. h. & l 35. de R. I. Suspectus autem habetur tutor vel curator, qui
non ex fide sed improbè in officio versatur §. 5. l. h. t. l 3. ss. fin.
l 4. §. fin. ff. eod. Quod ibi in parat. VVes. varijs modis fieri docet.
His suspecti crimine postulato interdicitur tutela ipso iure, adeò, ut
nec iudicis interdictione opus sit l. 14. §. 1. de solut. nisi de facto
administrare pergat, quo casu iudex eum abstinere iubebit, alio tamen
interim in eius locum ad res administrandas ordinando l 7 C. h. t. A
tempore. a. litis contestationis tutori censetur interdicta administratio.
Vnde sequitur antè litem contestatam tutori utiliter solui d l 14. ss. 1.

Myns.

Myns. & Schneid. I. h. t. Quod si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaq; tutor vel curator decesserit, extinguatur ss. 8. I. h. t. ut in reatu integri status, hoc est, existimationis decessisse intelligatur Hott. d. ss. 8. ex d. l. ult. & l. 3. & 6. de public. iudic. Non igitur ut tutela actio, in heredes transmittitur, nisi forte hæc suspecti accusatio, non solum ad remotionem, sed etiam ad consequendam pupilli utilitatem in multa eroganda proposita fuerit. Nam hoc casu licet tutore etiam mortuo, illud commodum pecuniarium persequi, dum lis eo vivente contestata fuerit Myns. d. ss. 8. Viuente autem adhuc tutore, pubertate tutela finita non crimine suspecti, sed iudicio tutelæ conueniendus est l. pen. ff. & l. 1. C. h. t. (b) quod in testamentarijs & Dativis dubium erat ex pr. l. de satisdat. tut. & ss. 4. & 5. l. de Attil. tut. in legitimis ex §. 1. l. de legit. agn. tut. sed eo non obstante omnes tutores, cuiuscunq; generis sunt, suspecti fieri possunt ss. 2. I. h. t. in tantum ut nec adulti curator, vel furiosus, vel deceptoris, nec is qui curam ventris, honorum administrationem gerit, ab hoc dogmate excipiatur l. 3. ss. 2. & 3. h. t. Quamvis enim boni sint habitus ac fideles, multa tamen post susceptam tutelam accidere possunt, unde in suspicionem optimo iure vocentur Myns. ad d. ss. 2. & ex l. 8. 9. et 10. de confirm. tut. (c) ss. 6. I. h. t. quod in sententia, ex iusta causa l. 2. & 8. C. ex quib. caus. infam. irroget: exprimi debet, alias integræ fame esse non desinit. Vult. pr. l. h. n. 5. ex l. 4. ff. eod. aliter Schneid. ad d. ss. 6. n. 1. qui si in petitione expressè petitum sit, tutorem proter dolum removeri, remotum esse infamem, licet in decreto doli causa omittatur, cum sententia ad Acta sit referenda, & libello conformis esse debeat l. 18. commun. diuidend. Verum hoc d. l. 4. quæ indistinctè loquitur, non admittit. Et autem dolus omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum adhibita l. 1. t. 2. de dol. aliquando etiam ipsa res in se dolum continet l. 36. de V. O. (d) lata & leuissima l. 3. §. fin. l. 7. §. 1. ff. h. t. non etiam leuissimam, quot culpæ species in iure probari declarat Borch. §. 2. l. quib. mod. re contrah. obligat. Dissentit. Myns. ad d. §. 6. I. h. t. Lata, quæ & latior, & gravior culpa dicitur l. 32. deposit l. 54. §. 2. de acquir. rer. dom. est prætermisio minimæ diligentie, hoc est, eius diligentie, quam hominum natura desiderat d. l. 32. deposit. ut non intelligere, quod

Omnes homines intelligant. l. 213. §. fin. l. 223. de V. S. Levis culpa
est prætermisio mediocris diligentie debite. l. 22. §. 3. ad Trebell.
l. 35. §. 4. de contr. empt. que in usu iuris culpe nomine simpliciter
posito significatur Bocer. ad l. 23. de R. I. Levissima est prætermisio
summe diligentie debite, ut cum quis eam diligentiam, quam dia
ligentissimus quisq; & optimus paterfam. suis rebus adhibere solet,
non adhibet l. 18. in pr. Commodat. l. 1. §. 4. de O. & A. Ob leuem
remotus infamis non fit. d. l. 3. §. ult. ff. & l. ult. C. h. t. licet in tea
rim nota quadam apud bonos & graves viros non careat Hott. d.
§. 6. l. h. t. ex l. ult. ubi pupill. educ. ob latam utiq; tum quia lata
culpa dolo plane comparatur l. 1. §. 1. si mens. fals. mod. Et dolum
representat l. 1. §. 2. si quis testament. liber. & prope dolum l. 29.
in pr. mandat. ac dolo proxima l. 47. §. 5. de legat. 1. Et quandoq;
simpliciter dolo dicitur l. 226. de V. S. tum quod & depositi actione
ex lata culpa condemnatus infamis efficitur d. l. 32. depositi. l. 1. de
his qui not. infam. ut & mandati Cic. in orat. pro S. Rosc. deniq;
textu l. 7. §. 1. h. t. Bocer. d. class. 2. disp. 14. th. 135. Hott. ad d.
§. 6. Don. ad l. 5. de in lit. iurand. n. 10. Treutl. d. disp. 9. th. 4.
lit. g. Dis. Schneid. VVes. ad d. §. 6. & in pr. ff. eod. n. ult. Et
ad tit. de his qui not. infam. n. 6. Vult. 1. Iurispr. R. 7. n. 80. Gail.
2. obs. 210. n. 2. quibus partim satisfacit Hoen. d. disp. 3. th. 22.
Aliter Myns. ad d. §. 6. n. 10. Interdum etiam tutor ad Præfectum
urbis ex arbitrio puniendus remittitur, ut propter facta atrociora
in tutela admissa l. 1. §. 7. de offic. præf. urb. l. 3. §. 15. h. t. & §.
9. I. ubi tres casus, quibus remissio fit, enumerantur, quorum in uno
latitante scilicet tutore, ut pupillo alimenta decernantur, que qua
liter in l. 3. & apud quos decerni debeant, traditur in l. 1. ff. & l. 2.
C. ubi pupill. educ. in bonorum eius possessionem a Prætoro mittitur,
l. 3. §. 14. l. 7. §. 2. h. t. In quo hic servatur ordo, tutor latitans
fixis libellis evocabatur d. l. 7. §. ult. tunc si sui copiam non faciat,
quoniam in eum remotum agi tutelæ non poterat, Prætor dabat bon
norum eius possessionem ad dies triginta, sed custodiæ tantum causa
l. 10. de acq. poss. deinde decernebat bonorum administrationem, ut
que servando servari non poterant, divenderentur d. l. 7. §. 2. h. t.
Deniq; publica autoritate bonorum quorumvis venditionem per
mittebat

mittebat l pen. C. de bon. aut. Indic. poss. Hott. ad d. §. 9. l. h. t.
(e) sine infamia §. 2. l. h. t. Idem de propinquis & affinibus pupillæ
iudicandum l 9. ff eod. Nam parentum patronorumve fama in iudi-
cijs, quæ inter illos & filios, libertosq; intercedunt, ratio habenda
est. Ideo nec doli actione agi in illos licet l 11. de dol. nec famose acti-
ones in illos dantur, ne hæc quidem, quæ doli vel fraudis habent men-
tionem l 5 de obseq. par. Verbis igitur mitioribus suspecti postulatio
debet temperari, ne famam patroni libertus lacepsisse videatur, quod
non concedendum l 38. §. ult. ad l. Iul. de adult. quin imò si quis
predictorum à tutela removendus videatur, optimum factum est, cu-
ratorem ei potius adiungi, quam eundem cum notata fide & existia-
matione removeri, l 9. h. t. Hott. & Borch. ad d. §. 2. l. h. t. ubi Dis-
Myns. n. 6. qui in casu doli rem iudicis arbitrio permittit. per d. l 3.
§. 14. h. t. l §. 7. de offic. præf. urb. Sed hoc in alijs tutoribus locum
habere rerius, non in his exceptis.

XII.

Hæc accusatio quasi (a) publica, omnibus (b) patet
etiam mulieribus, (c) propensa pietate ad eam procedenti-
bus: Impuberes verò non possunt tutores suos suspectos po-
stulare. (d) Sed puberes ex consilio propinquarum rectè cu-
ratores de suspecto arguunt. (e)

(a) quæ improprietatis vocula in ss. 3. l. h. t. l 1. ff. & l 6. C. eod. de-
notat, quod hæc actio propriè publica dici non possit, quæ l. aliqua
public. iudiciorum instituta erant, & omnes recensentur in l 1. de
publ. iudic. in qua huius non fit mentio, quæ ex l 12. tab. descendit.
Hott. ad d. §. 2. Deinde qui hanc actionem semel institutam persequi
desinit, is non incidit in SCTM. Trebell. quod tamen fit in iudicijs
publicis d. l. 1. in pr. Vult. & Borch. ad d. §. 2. l. h. t. Quibus
addi potest & hæc ratio, quod condemnatus fidei & existimationis
labe non semper aspergatur Myns. ad d. §. n. 2. Neq; hæc actio est
popularis, quia etsi cuilibet de populo ob favorem pupillorum pateat,
non tamen rem suam populo tuetur, quæ natura est actionum popu-
larium l 1. de popul. act. quæ etiam per procuratorem, ut hæc non
agitur l 5. d. t. Quia verò in quibusdam superat iudicia privata, &
ad publica propius accedit, cum pro tribunali de hoc crimine
apud Prætozem agatur, & cognoscatur d. l. 1. §. 11. ad Trebell.
Et quilibet

huic.
huic.
et.

Et quilibet ex populo ad accusandum admittatur l. 1. §. 4. h. t.
Inde est, ut hoc iudicium dicatur quasi publicum Vult. ad d. §. 2. l.
h. Vbi Diss. Borch. & Schneid. Boc. d. disp. th. 228. lit. b. per d.
l. 1. §. 4. (b) non tantum parentib. & affinib. sed etiam extraneis
l. 6. C. h. t. (a) quæ regulariter accusare non possunt l. 1. de accus.
tamen ob favorem pupillorum hoc casu admittuntur, ut mater, avia,
soror, & nutrix pupilli, etiam impudice Schneid. ad d. §. 3. n. 6.
Item alie femine pudice d. §. 3. l. h. t. & l. 1. §. 4. ff. d. l. 6. C. eod.
dum tamen sexus verecundiam non egrediantur, ut Calpurnia, quæ
ut improba notatur l. 1. §. 6. de postul. sed sola pietate ducantur,
d. l. 1. ss. pen. h. t. Quin etiam contutor, contutorem suspectum po-
test facere l. 3. in pr. h. t. & remotus ut suspectus etiam alios contu-
tores suos ut suspectos postulare d. l. 3. in pr. Serrus etiam licet accu-
sare ne queat, admittitur tamen in iudicio ad instruendum accusantem
de fraudibus tutorum l. fin. in pr. h. t. Quin imò etiam sine accusa-
tione, si apertissimis argumentis liqueat tutorem esse suspectum, à iu-
dice removeri debet d. l. 3. ss. 12. Menoch. i. præsumpt. 7. n. 41. & seq.
(d) quod licet dubium sit ex l. 2. de accusat. tamen ijs non permittitur
tutores suspectos facere, ea forte ratione, quia non nisi finita
tutela contra tutorem agitur l. 4. de tut. & rat. distr. vel potius
propter iudicij vix dum suborientis infirmitatem d. ss. 3. l. h. t.
ubi Myns. & l. 7. in pr. ff. eod. Hanc igitur Leges maxime suspec-
tam habent, & nolunt impuberes ad huiusmodi accusa-
sationes, si facile ad eas procederent, & se à potestate tutorum
liberarent. Imò ad d. §. 3. n. 8. ubi aliter Borch. qui nullam
aliam rationem esse putat, quam quod il. pupillis accusare sit permis-
sum, non autem suspecto postulare. (e) quæ enim cum tali consilio
fiunt, præsumuntur à lege utilia ipsis minoribus, & ab eis abesse
omnem deceptionem Schneid. ad d. §. 3. n. 7. ex l. 35. C. de transact.
quia lex non arbitratur eos curam suorum facile omisuros. Verùm
si coniuncti detrectent vel consulere, vel consentire, ut curator suspecto
postuletur, pote & adultus iudicis implorare officium Myns. ad d.
§. 3. n. 4. ex Br. in d. l. 7. h. t. & l. si eum dotem
§. eo autem solut. matrim.

ff. ff.

Königsberg. Diss., 1610/70

ULB Halle 3
004 398 270




f
Sb.

VD 17







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



O. *1610*
ET RE-
TVTELÆ
 RÆ
 TA
Instit. cum concordan-
sum Imperij
 1
 curatore auxiliante
um in Illustri & floren-
nia Regiomontana
 E
HVBERINO
SAX.
ugnabit
RBIGIVS
SAX.
ora locor; solitis
 BORVSS:
rgij Osterbergeri,
 C. X.

1

